BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 60v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnis pplus quem ceperat ysmael
in masphat. reuersus qz abiit ad io
hanam filium charee. ysmael aut
filius nathanie fugit cum octo ui
ris a facie iohanna. et abiit ad filios
ammon. Tulit ergo iohanna filius
charee et omnes principes bellatorum
qui erant cum eo. uniuersas reliq
as uulgi quas reduxerat ab ysmael
filio nathanie de masphat. postq
percussit godoliam filium aicham for
tes uiros ad prelium. et mulieres. et
pueros. et eunuchos quod reduxerat
de gabaon. et abierunt. et sederunt
peregrinantes in chanaan que e iuxta
bethleem. ut perierent et introirent
in egyptum. a facie chaldeorum. ti
mebant enim eos quia percusserat ys
mael filius nathanie. godoliam fi
lium aicham quem preposuerat rex
babilonis in terra iuda. XLII

Et accesserunt omnes prin
cipes bellatorum et iohanna
filius charee et ihechonias fi
lius iosie. et reliquum uulgus a paruo
usq ad magnum. dixerunt qz ad ie
remiam propheam. Cadat oracio
nostra in conspectu tuo. et ora pro no
bis ad dominum deum tuum pro uni
uersis reliquiis istis. quia derelicti
sumus pauci de plurimis sicut ocu
li tui nos intuentur. ut annunciet
nobis dominus deus tuus uiam
per quam pergamus. et uerbum quod
faciamus. Dixit autem ad eos. Ihe
mias propheta. audiui. Ecce ego
oro ad dominum deum nostrum se
cundum uerba uestra. Omne uerbum

quodcumqz respondebit michi indi
cabo uobis. nec celabo uobis quid
quam. At illi dixerunt ad ieremi
am. Sit dominus inter nos testis
ueritatis et fidei. si non iuxta omne ver
bum in quo miserit te dominus
deus tuus ad nos sic faciemus siue
bonum est siue malum. uoci domini
dei nostri ad quem mittimus te.
utqz obediemus ut bene sit nobis
cum audierimus uocem domini
dei nostri. Cum autem completi essent
septem dies. factum est uerbum do
mini ad ieremiam. Vocauitqz io
hannam filium charee et omnes
principes bellatorum qui erant cum
eo. et uniuersum pplum a minimo
usq ad maximum. et dixit ad eos. Hec
dicit dominus deus israel. ad quem
misistis me ut prosternerem preces
meas in conspectu eius. Si quies
centes remanseritis in terra hac
edificabo uos et non destruam. plan
tabo et non euellam. Iam enim plata
tus sum super malum quod feci uo
bis. nolite timere a facie regis ba
bilonis quem uos pauidi formi
datis. nolite eum metuere dicit do
minus quia uobiscum sum ego ut
saluos faciam uos. et eruam de ma
nu eius. et dabo uobis misericordi
am. et miserebor uestri et habitare uos
faciam in terra uestra. Si autem dixe
ritis uos non habitabimus in terra ista
nec audiemus uocem domini dei
nostri dicentes. nequaquam sed ad
terram egipti pergemus ubi non uide
bimus bellum. et clangorem tube